Universitätsbibliothek Paderborn

Vitrvvivs Itervm Et Frontinvs

Vitruvius

Florentiae, 1513

De ctesibica machina quae altissime extollit aq[uae]. C. XII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12979

Visual Library

utilitates, ut eſſent notiora quàm apertiſſime potui perſcripſi.

De Cteſibica machina, quæ altiſſime extollit aquã. Caput. XII.

HNſequitur nũc de Cteſibica machina quæ in altitudinem aquam educat, mõſtrare. Ea fit ex ære, cuius in radicibus modioli fiunt gemelli paulum diſtãtes, habentes fiſtulas (furcillæ ſunt figura) ſimiliter cohærentes, in medium catinum concurrentes, in quo catino fiant axes in ſuperioribus naribus fiſtularum coagmentatione ſubtili collocati, qui præobturantes foramina narium, nõ patiuntur exire id qđ ſpiritu in catinum fuerit expreſſum. Supra catinum penula, ut infudibulũ inuerſum, eſt attemperata, quæ etiam per fibulam cum catino cuneo traiecto, continetur & coagmentatur, ne uis inflationis aquæ eam cogat eleuare, Inſuper fiſtula quæ tuba dicitur, coagmentata, in altitudine ſit erecta, Modioli autem habent infra nares inferiores fiſtularum axes interpoſitos ſupra foramina earum, quæ ſunt in fundis, ita de ſupernis in modiolis emboli maſculi torno politi & oleo ſubacti cõcluſiq; regulis & uectibus conuoluuntur, qui ultro citroq; frequenti motu premẽtes, aerem qui erit ibi cũ aqua axibus obturantibus foramina cogunt & extrudunt inflando præſſionibus per fiſtularum nares aquam in catinum, è quo recipiens penula ſpiritus exprimit per fiſtulam in altitudinem, & ita ex inferiore loco caſtello collocato ad ſaliendum aqua ſubminiſtratur.

a. modioli ærei
b. catinus
c. penula uti infudibulũ inuerſum
d. fiſtula q̃ tuba dicitur
e. emboli maſculi. Reliqua ex littera ſatis intelligũtur à peritis. Singula .n. & in his machinis & ĩ multis ſupiorũ rerũ deſcriptionibus, ſiqs declarare uellet opus eẽt & plura ſcribere, & cuiusq; rei uarias figuras faciẽs pingere, q



Nec tamẽ hæc ſola ratio Cteſibii fertur exquiſita, ſed etiam plures & uariis generibus aliæ, quæ ab eo liquore preſſionibus coactæ, ſpiritu efferre à natura mutuatos effectus oſtenduntur, uti merularum, quæ motu uoces edunt, atq; engibata, quæ bibẽtia tã dem mouent ſigilla, cæteraq; quæ delectatiõibus oculorum & aurium ſenſus eblandiuntur, è qbus quæ maxime utilia & neceſſaria iudicaui ſelegi, & in priore uolumine de horologiis, in hoc de expreſſionibus aquæ dicendum putaui, Reliqua, que non ſunt ad neceſſitatem, ſed ad deliciarum uoluptatem, qui cupidiores erunt eius ſubtilitates ex ipſius Cteſibii commentariis poterunt inuenire.